



Universitätsbibliothek Paderborn

**Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord.
S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam,
Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium,
Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

Mvnsteriensis Seu Monasteriensis, B. Virginis Abbatia, olim extra, nunc
intra muros vrbis Luceburgensis sita.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11261

An. 1153.
Onse Lieue
Vrouwe
van VVa-
ueren.

Anno CIO. CLIII. Brusellenses opidani
Dominam nostram (sic enim aiunt) de Ecle-
sia Vvauerensi deuotè & humiliter tollen-
tes, cum honore suscepérunt, & suō tempore
pacificè & cum gaudio remiserunt.

Hactenus ex MS. Sigeberti Gemblacensis
Chronico, quod à monacho Affligeminiensi au-
ctum, V.Cl. Iustus Lipsius è sua ad nos bibliotheca
transmisit.

Affligemiense porrò cœnobium, inter Bruxel-
lam & Alostum opida loco amœnissimo situm vi-
situr; cuius quidem loci dignitas Abbatialis, Apo-
stolicā ac Regiā auctoritate, Archiepiscopatui
Machliniensis, patrum memoria instituto, est an-
nexa.

CAPVT LXXI. MVNSTERIENSIS Seu Monasteriensis, B. Virginis Abbatia, olim extra, nunc intra muros vrbis Luceburgen- sis sita.

Haud longè à muris vrbis Luceburgensis,
in iugo montis, inter ruinas castri Veteris
Luceburgensis, & castri Mansfeldici, à
Petro Ernesto Mansfeldio, anno millesimo quin-
gentesimo nonagesimo, exstructi, celebre olim
existit cœnobium, BB. Apostolis Petro & Paulo
primitus dicatum, post Deiparæ Virginis co-
gnomento donatum, quod ob excellentiam pra-
ceteris

ceteris eius tractus cœnobij vulgo Munster est nuncupatum. Istud an. Christi millesimo octogesimo tertio à Conrado Comite Luceburgensi cui uxor fuit Clementia, Henrici IIII. Imp. filia, conditum esse, mihi per literas R.P. Ioannes Bertelius, huius olim cœnobij, nunc Epternacensis Abbas significavit.

Bellis porrò saeuentibus inter Carolum V. Imp. & Franciscum I. Gallia Regem, Munsterensem cœnobium à nostris hominibus, ne Gallis hostibus domicilium præberet, incendio absumptum est. Estque id temporis in sepulcro fundatoris inueniata tabula plumbea, cuius hanc fuisse inscriptionem testatur Gaspar Bruscbius in Chronologia monasteriorum Germaniae:

In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, quiescit hic Comes Conradus. Hic cū inter seculi principes famâ probitatis esset celebrissimus, sepulcrum vitæ principis adjt amore diuino succensus, indeque regens, diuinâ vocante clementiâ, obiit peregrinus, sepultus in terra decenter, non sua: indeque anno dormitionis suæ secundo sublatus, an. quarto, ipso die annuæ migrationis suæ de seculo, hîc fuit repositus, præsente coniuge sua Clementia, per manus filiorum suorum, Adelberonis Primicerij Metensis, Henrici Comitis, Conradique Comitis, præsente Rodolpho Abate, filio Comitis, quem ipse prouisorem & ordinatorem huius loci statuerat. Facta sunt

An. 1083.

hæc regnante permisso Dei, Henrico tyranno
damnato, ac piæ memoriae Gregorio Pontifi-
ce Romano. Obiit autem VI. Idus Augusti,
anno Dominicæ incarnationis 1086.

An. 1086.

Ceterum Carolus V. Imp. monachis Munste-
riensibus Xenodochium pauperum, basilica S. Io-
annis Baptiste contiguum, atque in ipsa urbe Lu-
ceburgensi situm, cœnobia novo excitando, post-
modum donauit, quod hodie ædificij ac discipli-
nâ monasticâ est illustre. De Munsteriensis cœ-
nobij origine atque Abbatibus, plura qui volet,
Ioannem Bertelium, in Historia Luceburgensi
nuper edita consulat.

ALDEBURGENSE

Monasterium, secunda millari ab Ostenda,
. Flandriae opido olim situm.

An. 865.

Aldeburgum primæ olim notæ apud Flan-
droes opidum fuisse constat. Sed Attila
Hunnorum Rege Galliam vastante, cum alijs o-
pidis excisum est; & monstrant hodieq; castro-
rum Attilæ locum, primo lapide ab Aldeburgo,
quem vernaculè Attilaghem nuncupant. Tra-
dunt autem à Balauino Caluo, Flandriae Comite,
ad annum Christi octingentesimum sexagesi-
mum quintum, burgum Brugense, cum à pa-
tre eius muniri coepit esset, Aldeburgi ruderis-
bus eo adiectis, cinctum fuisse.

In hoc porrò Flandriae tractu S. Vrsmarum,
Episcopum & Abbatem Laubensem, Euangeliū

olim

